



J. N. J.

THESIS I.



Libertas de Capitibus Religionis & fidei pro lubitu sentiendi, aut docendi, Scripturæ Sacræ planè contraria, factionibusque, quas gignit, Reipublicæ noxia est, atque damnosa, *contra* Benedictum Spinosam, Tract. de Li-

bertate Philosophandi, ejusque seqvaces. Paulus enim ait: *Quæ scripta sunt, in doctrinam esse scripta, ut non aliud, idem sentiamus, secundum JESUM Christum, Rom. XV, 4. 5. Una enim est fides, Eph. IV. v. 5. Unum Dominum, JESUM Christum, habemus, I. Cor. VIII, 6. qui unica Salutis Via, Joh. XIV. Nec decet sapere ultra id, quod scriptum est, I. Cor. IV, 6: Si Angelus etiam de Cælo aliud prædicet Evangelium, anathema sit! Gal. I, 8. Scriptura non est*

A

est